Dies Sodalis Mariani

Leopoli typ. Soc. Jesu.
1704.

DIES SODALIS MARIANI

Ab

Aurorâ, in Hesperum

à

*Pijs & generosis mani-
bus & animis decur-
ri solitus.*

LEOPOLI

Typis Collegij Soc: IESV

Anno 1704.

Timor Domini initium Sapientiæ. Sapientiam atq; doctrinam Stulti despiciunt.

Proverb: 1 v. 7.

Radix Sapientiæ timor Domini, & rami illius longævi.

Eccl. 1. v. 25.

Nihil est melius, quam timor Domini, & nihil est melius quam respicere in mandatis Domini.

Eccl: 23. v. 27.

PIVM MANE
SODALIS MARIANI.

DIgnissime DEVS, Te ego misera & indignissima creaturâ tua; DEVM meum summum bonum credo, amo, æstimo, adoro, glorifico, meq; in conspectu tuæ dignissimæ Majestatis, quantum possum, & tu donas, projicio: Gratias ago tibi pro beneficijs, hac potissimum nocte mihi concessis. Et tibi ò pretiosissimá Virgo MARIA, Sancte Angele Custos, Sanctiq; Patroni mei.

Reddo me iterum Divinissimæ tuæ Bonitati, O Beata Trinitas, & commendo me Tibi totum cum corpore & anima, Tibi quoque Pretiosissima Parens Virgo MARIA, S. Angele Custos. SS. Patroni mei.

Doleo quod Te summum bonum o ffenderim, quem amo super omnia.

Firmiter ſtátuo peccata omnia vitare, ſed maximè hoc (*Certum aliquod, in quod paſsim relaberis pone*) ſimulq; ſpondeo cavere occaſiones, Tuam tantummodo mihi, ó DEVS elargiri digneris gratiam, pro qua tota mendicitatis meæ abyſſo, tibi ſupplico DEVS digniſſime. Quid enim ſum ſine Te niſi dux in nihil, quod eſt peccatum.

Quid ſum mihi ſine Te ò IESV, niſi regio egeſtatis, terra ſterilis, inopiæ & malitiæ ferax.

Omnes actiones meas diurnas, dicta & cogitata mea offero in unione Paſſionis & meritorum tuorum, ad majorem tuum ò Sacratiſſima Trinitas, honorem & gloriam, guſtum & conſolationem Beatiſſimi Cordis tui.

In honorem Beatiſſimæ Virginis Matris tuæ, in honorem Sáncti Angeli Cuſtodis, SS. Patronorum meorum.

In

In gratiarum actionem pro beneficijs mihi, meisq; à te conceſſis.

In ſatisfactionem pro peccatis meis & meorum.

Ad impetrandas mihi meiſque neceſſarias gratias, animæ & corpori utiles.

VOlo digniſſime Deus, ab hoc tempore omnia facere, eo motivo quo tu vis, & quia tu vis illa fieri à me, idque propter omnium mandatorum tuorum impletionem, propter virtutum Theologicarum, & moralium, Spiritualium, Donorumq; & fructuum Spiritûs Sancti in omni congruo mihi gradu aſſecutionem, exercitationem, incrementum, propter gratiæ tuæ in me confirmationem, propter totius mundi auxlium, propter omnium Sanctorum Angelorum Pretioſiſſimæ Parentis, tuum ò IESV honorem, ac imitationem, propter omni-

mnimodam tuæ dignitatis exaltationem, mei deniq; universalem annihilationem.

Ad Beatißimam Virginem MARIAM.

PRetiosissima Parens Virgo MARIA, Domina mea, Tibi ego, mancipium tuum vilissimum omnes actiones meas diei huius, & vitæ totius, commendo, easque tuis sacratissimis manibus & meritis, gratijs & donis exornandas atq; Sanctissimæ Trinitatis conspectui, pro me offerendas cõmitto: quatenus enim à me sunt, indignissimæ eius conspectui sunt.

FORMULA Sodalium Immaculatæ Conceptæ Virginis MARIÆ.

SAncta MARIA Mater DEI & Virgo: ego N. Te hodie in Dominam Patronam, & Advocatam eligo, firmiterq; statuo ac propono, me nunquam

quam te derelicturum, neque contra te aliquid unquam dicturum, aut facturum, neque permissurum, ut à meis subditis aliquid contra tuum honorem unquam agatur: obsecro te igitur, suscipe me in servum perpetuum, adsis mihi in omnibus actionibus meis, nec me deseras in hora mortis, Amen.

Propositum castæ mentis quotidianum.

EGO N. coram castissima Virgine MARIA, Angelo Custode, & tota curia cœlesti, Tibi DEUS cordis mei, quem ubiq; præsentem agnosco, & sanctè veneror, me sisto, & protestor, me nolle unquam consentire, non modò facinori committendo, sed ne cogitando quidem, ulli turpi delectationi, quantumvis adversarij vim ingerant, & carnis rebellio insurgat.

Detestor & execror omnes istas

tadi-

fæditates, malo mori quàm fædari, & malo ut in infernum vivus descendam, quàm ut turpi delectationi ad momentum consentiam. *Ita* decretũ ita constitutum est in animo meo Adsis o MARIA Domina meâ, ó Angele Custos mi, adeste ò Patroni castitatis meæ, Tuque ò IESV pie, seminator casti consilij voluntatem meam confirma; quod per sanguinem tuum humillimè rogo, Amen.

Ad Sanctam Syndonem pro liberatione Animæ è Purgatorio.

DEVS qui nobis in Sancta Syndone, quâ corpus tuum Sacratissimè de Cruce depositum, à Ioseph involutum fuit, Passionis tuæ vestigia reliquisti, concede propitius, ut per mortem & Sepulturam tuam ad resurrectionis gloriam perducamur, Amen.

EXER-

EXERCITIVM
SPIRITVALE

Ab omni fideli Chriſtiano, ad minimum ſemel de die attente dicendum.

ADoro Te, Sanctiſſimá Trinitas, Pater, & Fili, & Spiritus Sancte, Tres Perſonæ, unus & ſolus DEVS. Deijcio me in abyſſo mei nihili ſub conſpectu Divinæ Majeſtatis Tuæ.

Credo firmiſſimè, paratus mille vitas profundere, in conteſtationem omnium eorum, quæ nobis in Sacra Scriptura revelâſti, & per veram Eccleſiám tuam credenda propoſuiſti.

Omnem ſpem meam in Te colloco & quidquid poſſum habere boni ſive ſpiritualis, ſive corporalis, & in hac, & in altera vita, id totum deſidero, ſpero, & volo, ſolum conſequi, de Tua manu DEVS meus, Vita mea, & unica Spes mea.

Con-

Consigno Tibi hodie, & in perpetuum, corpus & animam meam, omnes potentias meas, memoriam intellectum, voluntatem, & omnes sensus meos.

Protestor me non consentire neq; consensurum unquám, quantum in me est, in ullam rem quæ fiat, vel cum minima offensa Tuæ Divinæ Májestatis.

Propono firmissimè, impendere omne Esse meum: facultates ac vires meas, ad servitium & gloriám tuam. Paratus sum suscipere, quáscunq; adversitátes mihi Paterna Tua manus immiserit, ad dandum gustum Beatissimo Cordi tuo.

Vellem me totum quantusquantus sum, impendere & procurare, ut ab omnibus Tibi serviatur, atque omnes homines Te glorificent, & ament DEVM Creatorem suum.

Gau-

Gaudeo summè de tuá æterna felicitate, & exulto do Tua tam magna gloria, in cælo & terra.

Gratias tibi ago infinitás, pro innumeris beneficijs, quæ mihi & toti mundo collata sunt, & in eum incessanter à benignissima tua Providẽtia conferuntut.

Amo tuam infinitam Bonitatem propter seipsam, ex toto affectu Cordis, & Animæ meæ; & vellem, si possem, amare, eo amore, quo Te amant Angeli & homines justi, cum quorum amore, coniungo imperfectissimum amorem meum. Offero Divinæ Majestati Tuæ, in unione meritorum passionis, vitæ, & mortis Christi ex nunc, pro semper omnia opera mea, pretiosissimo Sanguine IESV, Redemptoris nostri lota & involuta.

Volo etiam omne illud, quod possum, offerre in pœnitentiam, & satisfacti-

facti-

factionem peccatorum meorum.

DEVS meus, cum Tu sis infinitè dignus omni amore & servitio, siquidem Tu es, qui es, doleo quantum possum maximè, de omnibus meis peccatis, illaq; detestor, supra omnia alia mala: peto humillimè veniam, facioq; firmissimum propositum, nunquam offendĕdi tuam bonitatem in æternum.

In tua vulnĕra me proijcio. ò IESV! ibi me absconde donec mihi largiaris gratiam videndi Tui; & amandi in æternum. Amen.

Ad Dominum IESVM Crucifixum.

O Domine IESV Christe, per amaritudinem illius passionis, quam sustinuisti in Cruce, maxime in illa hora, quando benedicta anima tua egressa est de Sancto Corpore Tuo, miserere animæ meæ, maximè in egressu suo, Amen,

LITA-

LITANIÆ AMORIS.

Dulciſsimi IESV Amoris noſtri.

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis DEVS, Miſerere nobis
Fili Redemptor mundi DEVS, Miſerere nobis.
Spiritus Sancte DEVS, Miſerere no:
Sancta Trinitas unus DEVS, Miſerere nobis.
Dulciſſime IESV immenſe Fons amoris. Da ut amem te & amem ſuper omnia.
Dulciſſime IESV amantium vita. Da ut amem te & amem ſuper omnia.
Dulciſſime IESV indeficiens amor. Da ut amem te & amem ſuper om:
Dulciſſime IESV auctor & infuſor amoris.

Dulcissime IESV qui non potes non amare.
Dulcissime IESV amántium Rex.
Dulcissime IESV Dux amantium.
Dulcissime IESV plenitudo amoris.
Dulcissime IESV qui omnem amorem superas.
Dulcissime IESV causa finalis & efficiens amoris.
Dulcissime IESV amor fortis.
Dulcissime IESV languẽtes animas amore reficiens.
Dulcissime IESV amicos tuos vivificans amore.
Dulcissime IESV amantium Robur, Fortitudo, Firmamentum.
Dulcissime IESV amator, cuius pax exsuperat omnem sensum.
Dulcissime IESV amantium Portus.
Dulcissime IESV qui es ipsissimus amor.
Dulcissime IESV amator fidelissime

Da ut amem te & amem super omnia.

Dul-

Dulcissime IESV amator vigilantissime.

Dulcissime IESV amantium Custos & Conservator.

Dulcissime IESV amantium Rector & Gubernator.

Dulcissime IESV qui omnes perficis amantes.

Dulcissime IESV amantium liberalissime,

Dulcissime IESV semper amabilis.

Dulcissime IESV pulchræ dilectionis ordinator.

Dulcissime IESV amator æterne.

Dulcissime IESV amator increate.

Dulcissime IESV Casti amoris conditor.

Dulcissime IESV ignis amoris consumens.

Dulcissime IESV incendium veræ dilectionis.

Dulcissime IESV virtus & vigor amantium.

Da ut amem te & amem super omnia.

Dulcissime IESV amantium gloria.
Dulcissime IESV amoris merces.
Dulcissime IESV sol amoris.
Dulcissime IESV amator Incarnate.
Dulcissime IESV amoris Sponse.
Dulcissime IESV amor spinis coronate.
Dulcissime IESV amor crucifixe.
Dulcissime IESV amoris victima.
O Amoris victima.
A primo instanti Incarnationis tuæ omni hora, omni momento vitæ tuæ, amoris victima, omni momento acerbissimæ passionis tuæ, & præsertim in Cruce, sed maximè in illa hora, quando nobilissima anima tua egressa est de benedicto Corpore tuo, & infiniti amoris excessu, & immensis doloribus, O Amoris victima.
Dulcissime IESV, Abyssus amorū, pulchritudinum & deliciarum omnium.

Da ut amem te & amem super omnia.

Dulciſſime IESV Rex gloriæ, Verbum Patris, Sapientia increata, Beatitudo, Felicitas, Vita, Virtus, Voluptas, Gaudium, Corona & amor Sanctorum omnium. Cordis mei amor, vita, deſiderium, & ome bonum. Dá ut amem te & amem ſuper omnia.

Da ut amem te &c.

Dulciſſime IESV, ut amemus te ſuaviter, fortiter, & prudenter. Te rogamus audi nos.

Dulciſſime IESV, ut in amore tuo ſimus fervidi, circumſpecti & invicti. Te rogamus audi nos.

Dulciſſime IESV, ut diligamus te nõ ſolum linguâ, ſed opere & veritate. Te rogamus audi nos.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, per dilectionem tuam. Parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, per amorem tuum. Exaudi nos Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, per nimiam charitatem tuam. Miserere nobis.

Oremus:

AMabilissime Domine IESV Christe, qui non potes non amare; per violentiam Dulcissimi amoris tui compelle rebellem animam meam ad te amandum, ut tibi serviam, tibi placeã, te super omnia diligam, tua præcepta, tua consilia adimpleam, ut amori tuo immoriar, qui ámore amoris mei dignatus es mori. Qui vivis & regnas Amor meus cum Patre & Spiritu Sancto in amore sempiterno. Amen.

Dulcissime IESV amantium vita, & amoris victima, Abyssus amorum, pulchritudinum & deliciarum omnium cum Patre & Spiritu Sancto, amo Te, & amo super omnia. O quando erit illud, quando! ut videam, amem, laudem, adorem te in essentiali tua glo-

ria

ria omes beáns! ó quando erit illud, Quando.

SACRVM
SODALIS MARIANI.
Et intentio pro Sacro, & Communione.

OFfero tibi excellentiſſime DEVS hoc Sacrificium, quod audire & SS. Sacramentum, quod ſumere intendo ad maximam æternamq; Divinæ Majeſtatis tuæ laudem, cultum, & conſolationem beatiſſimi Cordis tui, in cõmerationem ac venerationem Incarnationis, Paſſionis, Mortis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini noſtri IESV Chriſti, ut recognoſcam Te ſupremum eſſe Dominum univerſorum, vitæ ac mortis poteſtatem habentem, utq; meam ac totius mundi ábjectiſſimam ſub abſolutum tuum Dominium, ſubjectionem proſternam atq; ſubijciam

ciam, in gratiarum actionem pro beneficijs tius. N. mihi, & alijs cocessis, in satisfactionem pro peccatis meis, & aliorum.

Ad impetrandum hoc N. & alia tua beneficia offero; Vt plenarium à Te Iubileum, & quascunq; possum Indulgentias ex thesauro Ecclesiæ cõsequar; ut fomitem peccati sanguine Christi restinguam, & perfectam castitatem ab attactu purissimi Corporis illius obtineam, ut fervore charitatis ab hoc igne consumente succendar; ut sortiar omnis Christiferæ Passionis effectus, ut Spiritum Christi imbibã, quo vivam cum illo, charitate, humilitate, castitate, zelo gloriæ DEI, cum quo Salvator meus, dilectissimus vixit; ut à vanis, superbis, immundis, iracundis, cogitationibus, & desiderijs emunder, & Sanctissimis adimplear; ut hoc emplastro vitiosos habi

tus

tus ánimæ ſanem; vt hac potione ab omni peccato mortali, & deliberato veniáli præſerver; ut ſolidam & conſtantem devotionem ád Beatiſſimam Virginem, & hoc Sanctiſſimum Sacramentum adipiſcar, præſervátionẽ à peccatis mortalibus impetrem Sodàlibus meis, iſtis NN. ut latiſſimam charitatem toti mundo exhibeám; præcipue vt agonizántibus felicem mortem, peccatoribus pœnitentiám, juſtis Sánctitátis áugmentum, afflictis conſolationem, captivis redemptionẽ pauperibus ſuaves tuæ Providentiæ divitias, infidelibus converſionem, Eccleſiæ Paſtoribus vigilantiam, & vitam exemplarem, Omnibus autem operaaijs in vinea Domini felicem zelum conciliem, ut quam plurimas animas è purgatorio liberem; omnibus verò pænarum levamen conficiam; ut omnibus amicis & inimicis

meis,

meis, & quicunq; pro me orant, vel orationibus meis commendati esse volunt, aut debent, beneficia maxime necessaria dones; ut felicem mortem ab absoluto vitæ & mortis Domino obtineam, habeamq; cœleste viaticum pro itinere æternitatis felicissimè assequendo, Amen.

Ad Beatissimam Virginem MARIAM.

O Mater pietátis & Misericordiæ Beátissima Virgo MARIA, ego miser & indignissimus peccator ad te confugio corde & affectu, & precor tuam pietátem, ut sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti adstitisti, & simul cum illo Sacrificium immaculatum Corporis & Sanguinis eius, in mundi redemptionem DEO Patri obtulisti, Ita & bonis omnibus hic & in tota Ecclesia, huic Sacrificio hodie præsentibus, clementer ássistere digne-

ris.

ris. Vt tuis ádjuti precibus dignam & acceptabilem Hostiam. Summæ Trinitati offerre, & divinos eius fructus percipere valeamus.

Facta intentione, Sacri tempore, dic Officium Conceptionis, vel his te occupa, quæ infra Libellus hic habet, vel alia tibi placita pietate tuâ supplere, compensare, & impedire cura irreuerentias, quas Christus in Sanctißimo Sacramento patitur á linguis vana & obscœnaq; tremendi Sacrificij tempore loquentibus.

OFFICIVM
PARVVM
Immaculatæ Conceptionis
B. VIRGINIS
MARIÆ.

AD MATVTINVM.

Eja mea labia nunc anuntiate,
Laudes & præconia Virginis Beatæ.

Domi-

Domina in adjutorium meum inte-
de.
Me de mánu hostium potenter de-
fende.
Gloria Patri, & Filio, &c:

HYMNVS.

SAlve mundi Domina,
Cælorum Regina,
Salve Virgo Virginum
Stella matutina.
Salve plena gratiâ,
Clara lux Divina,
Mundi in auxilium
Dominá festina.
Ab æterno Dominus
Te preordinavit,
Matrem Vnigeniti
Verbi, quo creavit.
Terram, pontum, æthera,
Te pulchram ornavit
Sibi Sponsam, ut quæ
in Adam non peccavit.

℣. *Elegit*

℣. *Elegit eam Deus, & prœelegit eam.*
℟. *In tabernaculo ſuo habitare fecit eam*
℣. *Domina exaudi orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

OREMVS.

SAncta MARIA Regina Cælorum, Mater Domini noſtri IESV Chriſti & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum deſpicis, reſpice me Domina clementer oculo tuæ pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium, cunctorum veniam peccatorum, ut qui nunc tuam Sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatudinis bravium capiam; ipſo quem Virgo peperiſti donante Domino noſtro IESV Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in Trinitate perfecta DEVS, in ſæcula ſæculorum, Amen.

℣ *Domina exaudi orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Benedicamus Domino.*
℟. *Deo gratias.*
℣. *Et Fidelium animæ per misericordiam DEI requiescant in pace.* ℟. *Amen.*

AD PRIMAM.

Domina in adjutorium meum intende.
Me de manu hostium potenter defende.
Gloria Patri, & Filio &c:

HYMNVS.

SAlve Virgo Sapiens,
Domus DEO grata,
Columna septemplici,
Mensaque exornata.
Ab omni contagio
Mundi præservata,
Ante Sancta in utero
Parentis, quàm nata.
Tu Mater viventium,
Et porta es Sanctorum,

Nova

Nova ſtella ex Iacob.
Domina Angelorum.
Zabulo terribilis
Acies Caſtrorum,
Portus & refugium
Sis Chriſtianorum.

℣. *Ipſe creauit illam in Spiritu S.*

℟. *Et effudit illam ſupra omnia opera ſua.*

℣. *Domina exaudi &c:*

℟. *Et clamor meus &c:*

OREMVS,

Sancta Maria, &c: *cum reliquis ut ſupra.*

AD TERTIAM.

Domina in adjutorium meum intende
Me de manu hoſtium potenter defende,
Gloria Patri, & Filio, &c:

HYMNVS.

SAlve Arca fæderis,
Thronus Salomonis,

Arcus pulcher ætheris,
Rubus visionis.
Virga frondens germinis,
Vellus Gedeonis,
Porta clausa Numinis,
Favusqne Samsonis.
Decebat tam nobilem
Natum præcavere,
Te, ab originali
Labe Matris Evæ.
Almam quam elegerát
Genitricem verè,
Nulli protsus patiens
Culpæ subjacere.

℣. *Ego in altißimis habito.*
℟: *Et thronus meus in columna nubis.*
℣ *Domina exaudi &c.*
℟. *Et clamor meus &c:*

OREMVS:

Sancta Maria &c: *cum reliquis ut supra.*

AD

AD SEXTAM.

Domina in adjutorium meum intende
Me de manu hostium potenter defende.
Gloria Patri, & Filio &c:

HYMNVS.

SAlve ò puerpera,
Templum Thtinitatis,
Angelorum gaudium,
Cella puritatis,
Solamen mœrentium,
Hortus voluptatis,
Palma patientiæ,
Cedrus castitatis.
Terra es benedicta,
Et Sacerdotalis,
Sancta atq; immunis
Culpæ originalis,
Civitas Altissimi,
Porta Orientalis,
In Te est omnis gratia
Virgo singularis.

℣. *Sicut lilium inter spinas.*
℟. *Sic amica mea inter filias Adæ.*
℣. *Domina exaudi &c:*
℟. *Et clamor meus &c:*

OREMVS.

Sæncta Maria &c: *cum reliquis supra.*

AD NONAM.

Domina in adjntorium meum intend
Me de manu hostium potenter de-
fende.
Gloria Patri, & Filio &c:

HYMNVS.

SAlve Vrbs refugij,
Turrisq; munita
David, propugnaculis
Armisque insignita.
Tu in Conceptione
Charitate ignita,
Infernalis potestas
Est à te contrita.
Eia mulier fortis

Et

Et invicta Iudith,
Pulchra Abisag Virgo,
Verum sovens David.
Rachel ptocuratorem
Ægypti gestavit,
Sed Salvatorem mundi
MARIA portavit.
℣. *Tota pulchra es amica mea.*
℟. *Et macula originalis nunquam fuit in te.*
℣. *Domina exaudi &c:*
℟. *Et clamor meus &c.*

OREMVS.

Sancta Maria, &c: *cum reliquis ut supra.*

AD VESPERAS.

Domina in adjutorium meũ intende.
Me de manu hostium potenter defende.
Gloria Patri, & Filio &c:

HYMNVS.

SAlve horologium,
Quo retro trahatur

Sol

Sol in decem lineis;
Verbum incarnatur.
Homo ut ab inferis
Ad summa tollatur,
Immensus ab Angelis
Paulo minoratur.
Solis huius radijs,
MARIA corruscat.
Et consurgens aurora
In conceptu micat.
Lilium inter spinas;
Quæ serpentis terat
Caput, pulchra ut luna,
Errantes collustrat.

℣. *Ego feci in cœlis ut orietur lumen indeficiens.*

℟. *Et quasi nebula texi omnem terram.*

℣. *Domina exaudi &c:*

℟. *Et clamor meus &c:*

OREMUS.

Sancta Maria &c: *cum reliquis supra.*

AD

AD COMPLETORIVM.

Corvertat nos Domina, tuis precibus placatus IESVS Christus Filius tuus.

Et divertat iram ſuam à nobis.

Domina in adjutorium meum intende.

Me de manu hoſtium potenter defende:

Gloria Patri, & Filio &c.

HYMNVS.

SAlve Virgo Nobilis
Mater illibata,
Regina clementiæ
Stellis coronata,
Supra omnes Angelos
Pura, immaculata,
Atque ad Regis dexterám
Stans veſte inaurata.
Per te Mater gratiæ,
Dulcis ſpes reorum,
Reſulgens ſtella maris,

Por-

Portus naufragorum.
Patens cœli janua,
Salus infirmorum,
Videamus Triadem
In Aula Sanctorum, Amen.

℣. *Oleum effusum MARIA nomen tuū.*

℟. *Serui tui dilexerunt te nimis.*

℣. *Domina exaudi orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

OREMVS.

Sancta Maria, &c: *cum reliquis ut supra.*

COMMENDATIO.

SVpplices offerimus,
Tibi Virgo pia
Has Horas Canonicas,
Fac nos ut in via
Ducas cursu prospero.
Et in agonia,
Præsens nobis assiste,
O dulcis MARIA, Amen.

Hæc est Virga, in qua nec nodus originalis,

nalis, nec cortex actualis culpæ unquam fuit.

℣. In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.

℟. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperisti.

OREMVS.

DEVS qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitáculum præparasti; quæsumus, ut sicut ex morte eiusdem Filij tui prævisa, eam ab omni labe præservasti, ita nos quoq; mundos eius intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

LITANIÆ DE B. VIRGINE MARIA.

KYrie eleyson, Chryste eleyson, Kyrie eleyson.

Chri-

Chriſte audi nos Chriſte exaudi nos
Pater de cœlis DEVS, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi DEVS, Miſerere nobis.
Spiritus Sancte DEVS, Miſerere nob
Sancta Trinitas Vnus DEVS, Miſerere nobis.
Sancta MARIA, Ora pro nobis.
Sancta DEI Genitrix.
Sancta Virgo Virginum.
Mater Chriſti,
Mater Divinæ gratiæ.
Mater puriſſima,
Mater caſtiſſima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvátoris.
Virgo prudentiſſima.

Virgo

Virgo veneranda,
Virgo prædicanda.
Virgo potens,
Virgo clemens.
Virgo fidelis,
Virgo concepta sine peccato originali,
Speculum justitiæ,
Sedes Sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas Spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Ianua Cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,

Ora pro nobis. Ora pro nobis,

Conſolatrix afflictorum,
Auxilium Chriſtianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apoſtolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confeſſorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium.
Regina Poloniæ.

Ora pro nobis.

A cunctis periculis, Libera nos Mediatrix noſtra.
Per Sanctam Nativitatem tuam, Libera nos Mediatrix noſtra.
Per admirabilem Annunciationem tuam, Libera nos Mediatrix noſtra.
Per glorioſiſſimã Aſſumptionem tuã, Libera nos Mediatrix noſtra,
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt Eccleſia per te gratijs cœleſtibus abundet, Te rogamus audi nos.

Vt

Vt infidelibus fidem, peccatoribus pænitentiam, justis tui Filij imitationem impetrare digneris. Te rogamus audi nos

Vt Sodalitates tibi peculiari obsequio devotas conservore digneris, Te rogamus audi nos.

Vt tuos misericordes oculos in nos convertas, Te rogamua audi nos.

Vt benedicto Fructu ventris tui, nos frui facias. Te rogamus audi nos.

Vt vivis gratiam, defunctis requiem impetres, Te rogamus audi nos.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Exaudi nos Domine.

Agnus DEI qui tollis peccata mundi. Miserere nobis.

Ave Maria &c:

Sub tuum præsidium confugimus, Sancta DEI Genitrix, nostras depre-

cationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos Virgo semper gloriosa & benedicta.

Sub tempus elevatæ Sanctissimæ Hostiæ & Calicis.

SODALIS MARIANI OCCVPATIO.

1. MAnus tuæ plasmaverunt me Creator Benignissime, toties clementer aspicias opus, quod creâsti, me manuum tuarum plasma. Quando approbabis, quod creâsti? O quando de me, de meis dictis factisq; audiam censuram illam, quam urticis & lolio impendisti. Et erant valde bona.

2. Quam bonus DEVS: solem tuũ IESVM oriri facies super bonos & malos, & me malum etiam hodie!

3. O pluvia sanguinis IESV urticam me quamdiu complues? Quando de spinis his colliges uvas, & rosas? O quando? cur non hodie? 4.

4. O Corporis, & Sanguinis huius Dignissima Mater! Benedictum hunc Ventris tui Fructum, mihi peccatori post exilium à DEI gratiâ, quod peccando ipsemet mihi feci, tandem ostende; me ad IESVM revoca, me illi restitue.

5. *Audi Dominum IESVM in Sanctissima Hostia tibi loquentem.*

Cogita tu de me, & ego de te.

Et

Si tu vis esse mecum, ego volo esse tecum & nulla-tenus à te seperabor. *Audi & responde ad hæc.*

6 *Aspice in manibus Sacerdotis Dominum IESVM, & vide num tu hodie oculos, cor, manus ita mundas, à peccati labe habeas, ut ijs Dominum IESVM ferre possis; ut olim B. STANISLAVS KOSTKA, post sumptum Christum, jam ne hospes hospiti manū dignam porrigis?*

7. *Intellige quid velit Dominus IESVS,*

SVS, *te monens hodie in SS. Hostiâ.* Declina à malo hodie, fac bonum hodie, Sustine, Abstine, Age fortiter, svaviter, pruudenter. In triplici conversatione, scilicet, quando res est tibi cum DEO, cum proximo tecum ipso.

AD DIEM SODALIS MARIANI

Spectat Confessionis hora & Communionis.

COnfeßionem facturus, reflecte te, quo usurus sis medio post amißam & infirmatam spem salutis, ad integre recipiendam spem veniæ & salutis, & quidem medio á Christo tibi liberalißime indulto.

Age hic cum Christo tuo, verbis quibusvis, corde serio pænitente:

Dic peccata, clare ad confusionem tuam, cum dolore, & serio proposito emendationis. Ora ipsummet Christum, & Confeßionem hanc juxta gustum eius et beneplacitum exequaris, quam ut ulti-

mam

mam fatere velles moribundus.

Post Confeßionem gratias age Divinæ Majestati, pro benignißimo absolutionis decreto; roga ut pietas D. IESV suppleat, quidquid etiam in hoc, tam benigno Sacramento ex tua defuit fragilitate. Pænitentiam quamprimum exequaris? hæc enim est pars Sacramenti.

HORA COMMVNIONIS.

Reflecte te ad intentionem, quam habes ante Sacrum Deinde supplica Angelo Custodi & dic.

GLoriose Princeps Custos mi, nuntia bono Pastori, adest ovicula perdita, eius misericordiâ millies, & millies eruta ex faucibus lupi infernalis, quærit pascua. O pascua! O fontes Eucharistici: fontes amoris, gratiæ, cœlestium deliciarum, fontes aquæ salientis in vitam æternam! Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad

Te

Te DEVS. Sitivit anima mea ad te fontem vivum.

Gloriose Princeps Angele Custos mi: nuntia magno Patrifamilias; revertitur servus ille nequam; qui dissipavit bona Domini sui, dolens & gemens. In posterum certus velle strenuè ac fideliter servire in vinea Domini sui.

Gloriose Princeps Angele Custos mi, nuntia amabilissimo Parenti, Patri misericordiarum, & DEO totius consolationis; filius illius prodigus revertitur, de terra longinqua, clamans: quanti mercenarij! in domo Patris mei abundant panibus, & ego fame pereo: surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam; Pater peccavi in cœlum & coram te, non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenarijs tuis. Gaudiam Paternam illám vocem! cito afferte stolam primam

mam, date calceamenta in pedes ejus, & annulum in manum eius, filius meus perierat, & inventus est, mortuus fuit, & revixit.

POST COMMVNIONEM.

Impendat Sodalis Marianus tantillum temporis, quo cum hospite suo IESV agat, pro affectu & Christi erga se, & suo erga IESVM.

DIgnissime omni amore DEVS, amor mi IESV. Amo te amore, quo te amant Sancti amici tui omnes simul, amarunt aliquando, & amabunt adhuc: Desidero etiam eo, quo dignus es, & quo te ipsum amas, amore mihi possibili, amare te. Vtinam tu quoque DEVS ames me, amore, quo amas Sanctos amicos tuos.

Adoro te, & gratias ago pro vocatione ad tanti boni usum. In gratiarum actionem offero tibi omnes actiones meas. Vilifico me coram DEO

Redem-

Redemptore mèo dilectissimo, sicut revera vilis ego sum, ingratus, instabilis, ac servus inutilis. Attamen credo de te quidquid credendum mihi proponit Ecclesia, & hujus Sacrificij cultum promovere volo.

Rememoror tuæ Passionis dolorum que Sanctissimæ Matris tuæ memoriã, ad quam in omnibus confugio, potissimúm in impetranda gratitudine, pro Sacrificijs & Sacramentorum usu.

Gaudeo de bonis tuis, doleò de malitia hominum, qua in abusu beneficiorum tuorum, ab illis offenderis. Æterna Sapientia, dulcis IESV miserere animabus purgatorij, Amen.

O Sacrum Convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

VESPER
SODALIS MARIANI

Seu

GRatias ago tibi Digniſſime DEVS, pro univerſis beneficijs tuis, totâ vitâ & hac potiſſimum die mihi conceſſis. Benedictus DEVS, quia feciſti mecum miſericordiam. Benedicta tu quoq; Domina mea Virgo MARIA, Sancte Augele Cuſtos, Sancti Patroni mei; quorum interceſſione, tot actãtã mihi bona elargitus eſt DEVS.

Fac Domine mi, ut videam quid hodie boni ád laudem tuã fecerim, & quid mali contra tuum honorem cõmiſerim.

Decurre hic horas diei, & negotia tua attende, num in ſingulis te geſſeris ad mẽtem DEI.

Reflecte te potiſſimum ad propoſitũ mane factũ, num memor ejus fueris, cum ageres cum DEO, cum proximo, tecum quomodo te geſſiſti.

Doleo DEVS ſummum bonum meum,

um, quod offenderim te indignissimus peccator. En adjutus gratiâ Redemptoris mei Christi IESV, diligo te super omnia, & detestor omnia peccata mea.

Serio in posterum vitam emendare, peccandi occasiones vitare, & confiteri quamprimum spondeo. Nunc autem in manus tuas Spiritum meum, & me totum commendo. Tibi quoq; Sanctissima Párens, Sancte Angele Custos, SS. Patroni mei.

Orationes ante somnum.

IN Nomine Domini nostri IESV Christi Crucifixi, cubitum eo. Ille me benedicát, regat, custodiát, & ad vitã perducat æternam, Amen.

O Crux Christi salva nos.
O Crux Christi defende nos.
O Crux Christi protege nos.

In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.